



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitæ, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

In concursu vitæ privati & boni Reip. numero 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

§. I.

Quando occurrunt bona temporalia proximi, & nostra.

1. Si aequaliter ego, & alter privatus (nam de Rep. mox) re aliqua indigeamus, mihi providere de ea possum, neglecto proximo; Ratio est, quia ordo Charitatis prior est, ceteris paribus, ad se, quam ad alium; hinc mea, & proximi vita extreme periclitante, si utrique nequeo, mihi sine ulla culpa consulere, absque dubio, possum.

In concursu vitae privatorum.

2. Difficultas est autem prima, quando inaequales sunt necessitates, agiturque de utriusque vita, ut si proximus privatus sit in extrema necessitate, tu in gravi; vel ille in gravi, tu in communi; vel ille in gravi, v.g. periculo mortis certo, tu in probabili; quisnam erit tunc praefendus?

Respondeo, te tunc non a teneri providere proximo, sed posse tibi; Ratio est, quia jus, quod habes ad tuam vitam, est tantum, ut quoties probabile est, illam offendi, tueri contra quemcumque eandem possis. Certè nimis arduum, & fragilitati hominum impar onus exigeretur, si exigeretur aliud. Dico (posse) nam an tunc liceat, te relicto, consulere proximo, tangam infra, lib. 6. c. 1. §. 1. n. 6.

a D. Tb. 2. 2. q. 26. art. 4. Cominch.
d. 25. de Charit. d. 6. nu. 79. Suar. de Charit. d. 9. sect. 3.

3. Illud est certum, in bonis, quae non teneris ex obligatione conservare, posse te proximo potius consulere, quam tibi; id enim munus est Charitatis: quare potes, pro bono proximi, tuas divitias profundere, si eas pro alimentis, seu legitima filiorum, vel pro reddendo aere alieno, vel simili, conservare non tenearis. Si ita inaequales sint necessitates, ut ad vitam proximi tuendam non quidem tua vita, sed fortunae bona tibi sint amittenda, an amittere tenearis, dicam numero 12.

In concursu vitae privati, & boni Republicae.

4. Difficultas est secunda: An extreme periclitante bono communi, seu Rep. seu Principe, necessario ad commune bonum ego tenear, hoc malum, etiam mea morte, avertere, si possum? Pro hac difficultate juvat, duorum recentiorum diversimodè sentientium doctrinam hic exscribere.

Ioannes enim Sanchez b sic habet. Imo nec ob conservandum bonum commune astringi quem, propriam exponere vitam, reor; est namque jus propriam tuendi vitam adeo strictum, quod à nullo jure conservandi alienam vinci possit. Miles vero murum occupare cum periculo vitae tenebitur, ratione pacti, & pecuniae acceptae, ut diximus disp. 10. num. 9. explicantes D. Thomam, quem usque modo credo, non fuisse à Doctoribus perceptum. Ex quo sequitur, non de vinci aliquem, Regem defendere, cum dispen-

CA P V T Primum. §. I.

dispendio propriæ vitæ, nisi ad id pa-
tione se obstrinxisset. Hæc Io. Sanc.

b Io. Sanc. in sel. d. 43. n. 41.

5. Castropalaus c autem cum
communi sic contra docet. Certum
est, te debere in æquali tua & Reip. ne-
cessitate, non solum bona fortunæ,
sed etiam vitam expendere pro Reip.
conservatione. Sic D. d Thom. ab
omnibus receptus : Quia bonum
commune præferendum est speciali, &
pars exponenda est ob conservationem
totius. Et paullo post : Quod dictum
est de Rep. dicendum est de Principe,
seu alia persona Reip. necessaria, si ve-
re necessaria est, quia id ipsum est,
Reip. providere. Sic Suarez, Valentia
&c. Hæc Castrop.

*In concursu honoris & fortunarum pri-
vati, & boni Reipublicæ.*

6. Difficultas est tertia. Cum cer-
tum sit, si concurrant bonum notabile
Reip. & bonum non notabile meum,
illud debere præponi, non vero me-
um, quia hic maximè valet illud. *To-
tum est præferendum parti*, difficultas,
inquam, est, si ob bonum aliquod no-
tabile Reip. sit necesse, me, non qui-
dem vitam (de hac enim dictum est
numero precedenti) debere amittere,
sed omnes meas fortunas, vel omnem
meum honorem, an obliger, hæc a-
mittere, ut illi bono notabili succur-
ram ? Bonum notabile, dico, nam
quid ob conservationem absolutam
totius Civitatis, seu Reip. dicam, num.
sequenti. Respondeo. Puto, me non
obligari ; Ius enim conservandi

propriam vitam, & ea, quæ vitæ sunt
maximè necessaria, est adeo naturale, ut
me excuset à procurando ejusmodi bo-
no, quamvis notabili Rep.

*e collige ex S. Thom. Coninch. Val.
Suar. alijsque allatis à Castrop. t. 1. d. 1.
de charit. p. 9. n. 9. in simili.*

7. Sed quid pro bono absoluto, seu
conservatione totius Reip. ? Respon-
deo : Vel possumus loqui, quando
cum amissione mei honoris illam
conservaturus sim : Vel quando cum
amissione mearum omnium fortuna-
rum.

Quoad honorem, distinguendum
censeo. Si enim modicum dedecus,
nec multum excedens sustinendum
mihi sit, teneor illud pro publici boni
conservatione tolerare ; nam id ad mi-
nus probat ratio ducta ex bono com-
muni : At si agatur de magna honoris
jactura apud ingenuos, cum pluris
ea fiat, quam mors, videtur tunc
habere locum doctrina Ioannis San-
chez modo allata ; sicut enim, per
ipsum, non obligor, vitam, sic nec
honorem vita apud me æstimabilio-
rem prodigere, sed contendet omnino
Castropalaus cum communi, suam
doctrinam locum habere, ut modo nu.
8. videbimus.

8. Non dissimili distinctione uterèr
in casu, quo tuæ fortunæ essent neces-
sariæ ad vitam, seu conservationem
Reip. Si enim ita depauperandus esses,
ut vitæ necessaria tibi essent defutura,
dic t Io. Sanchez, te non obligari, quia
sicaquivalenter, & moraliter vitam
profunderes. Sed obligari, affirmabit
cum communi sententia Castropalaus,

A. 2.

nume-